ANNA, Dei Gratiâ, *Magnæ Britanniæ, Franciæ,* & *Hiberniæ* Regina, Fidei Defenſor, *&c.* Omnibus & ſingulis ad quos Præſentes Literæ pervenerint, Salutem. Quandoquidem Tractatus quidam Pacis & Amicitiæ, inter Nos & Bonum Fratrem Noſtrum *Philippum* Quintum, *Hiſpaniarum* Regem Catholicum, per Legatos Extraordinarios & Plenipotentiarios, ſufficienti Authoritate utrinque munitos, Trajecti ad Rhenum, die $\frac{2}{13}$ Menſis præſentis Concluſus & Signatus fuerit, formâ, & verbis quæ ſequuntur :

CUM Supremo Rerum omnium Moderatori placuerit, poſt Bellum graviſſimum, quod univerſum quaſi Chriſtianum Orbem tot per Annos cæde & ſanguine funeſtavit, pro Divinâ ſuâ Clementiâ, Principum belligerantium animos, Armorum Contentione diu exagitatos, ad Pacis tandem & Concordiæ Studia deflexos componere; Cumque Sereniſſima ac Potentiſſima Princeps & Domina, Anna, *Dei Gratiâ,* Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ *Regina,* &c. *& Sereniſſimus ac Potentiſſimus Princeps & Dominus,* Philippus *Quintus, Dei Gratiâ,* Hiſpaniarum *Rex Catholicus,* &c. *nihil magis in votis habeant, nihil operâ vehementiori aſſequi connitantur, quam ut perantiqua Fœderum atque Amicitiæ inter* Britannos, Hiſpanoſque *vincula non ſolum reficiantur, verum etiam novis ne-*

ANNE, by the Grace of God, Queen of *Great Britain, France,* and *Ireland,* Defender of the Faith, *&c.* To all and ſingular to whom theſe Preſents ſhall come, Greeting. Whereas a certain Treaty of Peace and Friendſhip, between Us and Our Good Brother *Philip* the Vth Catholick King of *Spain,* was Concluded and Signed at *Utrecht* the $\frac{2}{13}$ Day of this preſent Month, by Our Ambaſſadors Extraordinary and Plenipotentiaries, who were provided on each Part with ſufficient Authority, in the Form and Words following :

WHereas it has pleaſed the Supreme Ruler of all things, after a moſt grievous War, which for ſo many Years has laid deſolate almoſt the whole Chriſtian World with Blood and Slaughter, of his Divine Clemency to diſpoſe the Minds of the Princes engaged in the Diſpute to the thoughts of Peace and Concord, after they had been ſo long enflamed with the Rage and Fury of Arms : And whereas the moſt Serene and moſt Mighty Lady Anne, *by the Grace of God, Queen of* Great Britain, France, *and* Ireland, *&c. and the moſt Serene and moſt Mighty Prince* Philip *the Vth, by the Grace of God, Catholick King of* Spain, *&c. wiſh for nothing more heartily, and endeavour nothing more earneſtly, than that the ancient Bonds of Alliance and Friendſhip between the* Britiſh *and* Spaniſh *Nations, ſhould not only be*